



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles**

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dies Festos Per Annum

**Höger, Franz**

**Ingolstadij, 1726**

**VD18 90197097**

Feria II. Paschatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53072)



## FERIA II. PASCHATIS.

*Deus se  
accommo-  
dat nobis.*

**THESIS I.** *Ipsē se finxit longius  
ire.* Luc. 24. v. 28. I. Talis  
erga nos Deus, quales nos sumus erga  
illum; sicut tu nos visitas, sicut te colimus.  
II. Talis nobiscum, quales  
nos sumus erga Proximos. *Paciuchelli  
in Jonam lect. 68. n. 1. & 37.*

*Christus in  
alijs.*

**THESIS II.** *Aperti sunt oculi eorum,  
& cognoverunt eum.* Luc. 24. v. 31.  
I. Videtur Christus in Pauperibus.  
II. In Sacrificio Missæ. III. In Ora-  
tione. IV. In Superioribus. *Eaber.  
hic Conc. 3.*

*Diversitas  
visionis.*

**THESIS III.** *Evanuit ex oculis  
eorum.* Luc. 24. v. 31. Hi duo Di-  
scipuli in triplici statu multum diffe-  
renti extiterunt. I. In primo viderunt  
Christum oculis suis, & non cognove-  
runt. II. In secundo viderunt eum, &  
cognoverunt. III. In tertio non vide-  
runt amplius, & magis tunc cognove-  
runt.

runt, quàm cum viderunt. Ecce in primo hominem in Statu Peccati; in secundo hominem in Statu Gratiae; in tertio hominem in Statu Magni Meriti. De se dubitantibus cognitionis suae speciem abscondit. S. Gregor. hom. 23. in Evang.

THESIS IV. Ipse evanuit ex oculis eorum, Luc. 24. v. 31. Vide superius Dom. 3. post Pascha, Thesi 6. de Absentia & Praesentia.

THESIS V. Sine Parabola autem non loquebatur. Marc. 4. v. 34. De Parabolis, seu de Doctrina Morali ex fabulis legere poteris. I. P. Benignum Kübler tom. 1. tract. 5. pag. 879. II. De Luscinia S. Joan. Damasc. in Vit. Barlaam c. 10. refert illam Menochius Centur. 9. pag. 303. item Caufinus Aulæ Sanctæ part. 4. l. 6. c. 2. fol. 242. III. Fabulam S. Macarij pro ijs, qui suo statu contenti non sunt. lege Menoch. Centur. 5. c. 52. IV. An in Scriptura ejusmodi reperire sit? lege Menoch. Centur. 8. c. 28. V. Fabulæ similem historiam de furto narrat Herodorus apud Menochium Centur. 11. c. 62. VI. Fabulam de Vulpe volatili.


lante contra monitum Senioris. P. Abraham à S. Clara in Juda part. 4. fol. 270. applicari posset temerarijs post Pascha, qui se jam impeccabiles credunt. VII. De glire pergratiosum quid lege Engelgrave Cœl. Empyr. Festo S. Anton. de Padua. §. 2. *Audite in hoc genere &c.*

*Vita triplex.*

THESIS VI. *Dicunt, eum vivere.* Luc. 24. v. 23. *De triplici vita Naturali, Civili, Morali. Vide supra Festo Paschæ. Thes. 9.*

*Christus Peregrinus.*

THESIS VII. *Tu solus Peregrinus es in Jerusalem.* Luc. 24. v. 18. *Christus peregrinus verè mirabilis. I. Ingressu suo à domo Patris. II. In Conversatione sua extra domum Patris. III. In Regressu suo ad domum Patris. La Selve. in festo S. Alexij.*



## FERIA III. PASCHATIS.

*Pax.*

THESIS I. *Pax vobis.* Luc. 24. v. 36.